

J U S
ECCLESIASTICUM
U N I V E R S U M

ANTIQUÆ ET RECENTIORI DISCIPLINÆ
præsertim Belgii, Galliæ, Germaniæ, & vici-
narum Provinciarum accommodatum,

*E sacris Scripturis, SS. Canonibus, Conciliorum tum Œcumenicorum
tum Synodaliū Decretis, summorum Pontificum Constitutionibus
& Rescriptis, SS. Patrum senentiis, Episcoporum documentis,
Principum edictis, Magistratū tum Ecclesiastici quam Civilis judiciis,
& virorum Juris utriusque peritorum responsis depromptum.*

Auctore ZEGERO BERNARDO VAN-ESPEN, Presbytero, J. U. D.
SS. Canonum Professore in Academia Lovaniensi.

T O M U S P R I M U S.



L O V A N I I.

M. DCC. LIII.

E L E N C H U S

Eorum quæ in primo volumine continentur.

I. <i>Prefatio historica vite & operum Auctoris ab Editore elaborata.</i>	
II. <i>Prolegomena Juri universo Ecclesiastico à D. Van-Espen præmissa.</i>	
III. <i>Expositio modi quo citari solent textus ex utroque jure de prompti.</i>	
IV. <i>Juris Ecclesiastici universi pars prima: De Personis.</i>	
V. <i>Ejusdem Juris pars secunda: De Rebus, in quatuor Sectiones divisa.</i>	pag. 1
<i>Sectio I. De Sacramentis.</i>	361
<i>Sectio II. De Ecclesiis, & Seclis.</i>	ibid.
<i>Sectio III. De Beneficiis.</i>	613
VI. <i>Monumenta quæ in primo volumine citantur.</i>	657
VII. <i>Additiones seu observationes Gallica D. Giberti in Jus Ecclesiast. universum.</i>	891
	943

Z. BERNARDI
VAN-ESPEN,

Juris utriusque Doctoris,

SCRIPTA OMNIA,

Quatuor tomis comprehensa.

*Editio novissima, plurimis litteris, monumentis, passim suo loco positis,
præsertim erudito in Jus vetus novum & novissimum Commentario
hactenus inedito aucta & locupletata, notisque illustrata.*

Opus integrum omnibus Episcopis, eorum Vicariis, & Officialibus,
Ecclesiasticis, ac Laïcis Judicibus, Advocatis, Patronis, Parochis,
Confessariis, cæteris tam SS. Theologiæ quam Jurisprudentiæ Viris
studiosis utilissimum & apprimè necessarium.





P R Æ F A T I O

H I S T O R I C A .

SOLENT alicujus operis Editores ejus auctorem summis laudibus efferre; eo more me solvit Espenii fama; brevem igitur ejus vitæ & operum historiam duntaxat adornare sufficit.

Natus est Lovanii Zegerus Bernardus Van Espen die decimo-sexto Julii anno 1646. Adolefcens literarum Humaniorum & Philosophiæ magistram habuit Academiam Lovaniensem. Quos animos ad scientias inferiores discendas attulit, eos servavit ubi Theologiæ & gravioribus doctrinis navavit operam.

Espenii Patronus extitit D. D. Alphonsus de Berges Mechliniensis Archiepiscopus: hic Romam profecturus juniorem Theologum ad se vocavit, ut eum sui itineris Comitem adhiberet; sed ea profectio ad irritum cecidit; cur suscepta non fuerit me prorsus latet.

Sui temporis veluti arbiter Espenius, sacrorum Canonum & Disciplinæ Ecclesiasticæ studio accuratè incubuit. Canonibus scrutandis impigram dabat operam, cum anno 1673. jubente Archipræsule Lovaniensi ad sacrum Presbyteratus Ordinem evehctus est; duobus deinde annis elapsis Doctor in utroque jure declaratus fuit.

Augusto Sacerdotii caractere insignitus, ac laureâ Doctõris donatus Espenius suscepit indictam sibi legem non solum vitæ innocentix, sed etiam majoris scientiæ Canonum comparandæ. Ex ea mente iniquè conjiceretur, quod Pastoris munus vel ambierit, vel saltém optaverit Espenius: dignitates Ecclesiasticas numquam quæsitit ille, quem earum onus semper terruit. Beneficium Ecclesiasticum novem mensibus vix habuit; in Clericum non sanguinis conjunctione, sed meritis sibi charum illud transcripsit, nullo ejus fructu in suum commodum asservato.

Paternâ hæreditate contentus id unum desiderabat, ut in Academia Lovaniensi sedem perpetuam figeret: quod ubi noverunt D. D. Van-Viane & Huygens eruditionis nomine conspicui; suum in Collegio Pontificio contubernium Espenio concessere. In hoc sodalitiõ is erat ejus animus, ut gravioribus SS. Canonum studiis incumberet, quibus Ecclesiæ posset prodesse; mirum, quot progressus in iis fecerit; unde Doctõrum Lovaniensium una vox omnium fuit, dignum esse Espenium qui publico munere docendi Jus Ecclesiasticum donaretur.

Suus esse desinit Espenius, ex quo cœpit esse totus omnium qui Jus